

¶ Zona

sibili sic pena inferni eis convenire non potest ut aliqui dicunt. Sed nec isto modo convenire possit nomen inferni limbo puerorum. **¶** Unde dicendum ut dicit glosa bede qd licet sancti patres in sinu abrahe puta in consolatione quietis essent p fidem mediatoris et p gratiam a doloribus tamen mortis sine inferni non erant soluti ex toto quia non meruerunt gaudia celi intrare donec impleret illud **zacharie. ix. capitulo. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti unicos de lacu unde nomine inferni non meretur sinus abrahe appellari secundum augustinum propter fidem et gratiam abrahe. Ad secundum dicendum qd pueri videbunt xpi humanitatem. divinitatem tamen eius non poterunt videre cum eius membra non effecti sint p fidem et gratiam personalem et sacramentalem. Ad tertium dicendum qd lux corporalis non ordinatur ad spirituales propter quod privatis luce spirituali lux corporalis communicari non debet et sic patet illud dubium. **¶** Quartum dubium an papa possit mandare ut quis teneatur potius velle ad penam inferni dampnari quam mortaliter peccare. Et videtur primo qd non quia pena inferni est eterna et irreversibilis de peccato autem mortali potest quis liberari p penitentiam ergo potius tenetur homo velle peccare mortaliter. **¶** Secundo sic pena inferni includit culpam una enim de penis inferni est vermis et remorsus conscientie de culpa commissa. sed culpa mortalis non includit penam inferni ergo magis est eligenda culpa mortalis quam pena inferni. **¶** Tertio sic illud papa non potest mandare qd est de iure naturali sed refugere eternaliter mortis et eternam penam est de iure naturali quilibet enim naturaliter refugit mortem potissime eternam peccare ergo mortaliter eligendum est antequam eternaliter**

dampnari. **¶** Inoppositum est qd dicit venerabilis anselmus in libro de similitudinibus ubi ait qd aliquis magis debet eligere esse in inferno sine culpa quam in paradiso cum culpa quia innocens in inferno non sentiret penam et peccator in paradiso non gauderet de gloria. **¶** Hoc idem videtur dicere crisostomus in libello de laudibus pauli exponens illud ad romanos. ix. optabam ego ipse anathema esse cum xpo. p fratribus meis qd potius paulus voluisset esse in inferno cum caritate xpi quam extra sine caritate. **¶** **¶** Respondeo dicendum qd illud cadit sub precepto qd est de necessitate salutis autem de necessitate salutis ut hō p̄rit i via salutis existens in generali magis velit pati quamcumq; penam quam peccare mortaliter. **¶** Et hoc ideo quia contritio est salutis hominis et nō potest esse sine caritate p quam omnia peccata dimittuntur. **¶** Et caritate autem pl^{us} tenetur homo deum diligere quam seipsum. **¶** **¶** Constat autem qd peccare mortaliter est facere contra deum puniri autem quacumq; pena est pati aliquid contra seipsum. **¶** **¶** Unde caritas hoc requirit ut antequam peccet mortaliter quamlibet penam homo contritus existens in via salutis in generali p̄legit culpe mortali. **¶** **¶** Et dico in generali quia in speciali descendere ad hanc penam vel aliam homo non tenetur. **¶** Immo non sapienter ageret papa vel quilibet superior seipsum vel alium mouvere vel inducendo ad particulares penas. **¶** **¶** Cuius ratio est quia sicut delectabilia plus movent in particulari considerata quam in communi. Ita terribilia plus terrent si in particulari considerentur et aliqui sunt qui in maiori temptatione nō cadunt qui forte in minori caderent sicut aliquis audiens adulerium non incitatur ad libidinem sed si p considerationem descendit ad singulas illecebras **¶** magis peccaret. **¶** Et similiter aliqui

kk

ll

mm